



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 167. Henrici Kalteisen obitus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. A.C. 1465. ibidem ad Inquisitionis tribunal deferretur, & nonnisi Regis Alphonsi interuentu atque auctoritate ægre rogi pœnam effugit, publicæ tamen fustigationis ignominiam subire compulsus est. Ceterum hujus commenti Architectus extitit Poggius Florentinus, qui Laurentio Vallæ infensus, eundem mordacibus oppido convitiis proscidit. Præterea rem hanc mere confictam esse, colligitur ex eo, quod Laurentius Romam redux annua pensione auctus publice literas docuerit. Visitur hodie in Ecclesia S. Joannis ad Lateranum quoddam Epitaphium, quod Catharina Laurentii Mater, ut fertur, erigi, ac marmori hæc verba insculpi iussit: *Laurentius Valla Pontificis, Regisque Neapolitani Secretarius.* Verum dubia admodum est hujus inscriptionis fides.

## §. CLXVII.

*Henrici Kalteisen obitus.*

**I**nter Scriptores hoc anno fati functos refertur quoque Henricus Kalteisen Confluentiæ natus, Ordinis FF. Prædicatorum Religiosus, ac Universitatis Coloniensis Theologus. Hic ad prædicandam sacram militiam adversus Bohemos Hussitas ab Eugenio IV. Papa selectus erat, ac Basileensi Synodo præsens acriter



ter confligit cum Udalrico Orphanorum Sæcul. XV.  
 Sæctæ presbytero, qui Verbi divini præ- A.C. 1465.  
 dicationem unicuique liberam, nec mis-  
 sionem esse necessariam contendebat.  
 Hunc Henricus oratione, quam ad ter-  
 tiam diem protraxit, confutabat, invictis-  
 que demonstrabat argumentis, quod a  
 simplicibus Sacerdotibus, nisi vocati sint,  
 nullatenus prædicationis officium assu-  
 mendum esset. Postea Magister sacri  
 Palatii Anno millesimo quadringentesimo  
 quadragesimo renuntiatus, etiam Inqui-  
 sitor hæreticæ pravitatis in Germania  
 decretus est, & quinto post anno nimi-  
 rum millesimo quadringentesimo qua-  
 dragesimo quinto a Nicolao V. Archie-  
 piscopus Nidrosiæ in Norvegia, & Cæ-  
 sariensis nominatus, die tertia decima O-  
 ctobris Anno millesimo quadringentesi-  
 mo sexagesimo quinto animam efflavit.  
 Oratio, quam in Concilio Basileensi di-  
 xerat, in Collectione Patris Labbæi ha-  
 betur. Trithemius testatur, ex Henrici  
 calamo plures fluxisse sermones de tem-  
 pore, de sanctis, & super *Magnificat*, nec  
 non varias quæstiones, atque Collationes  
 ad Clerum.

## §. CLXVIII.

*Podiebracii Bohemiæ Regis pervi-  
 cacia.*

**I**nterea Podiebracius Bohemiæ Rex non Anno 1466.  
 solum

*Collecti. Con-  
 cil. P. Labb.  
 tom. 2.  
 Trithem. in  
 Chron.  
 Spanh. &  
 de Script.  
 Eccles.*